
GAUDEO

Heinrici Schævii, D.
P. Cæſ. & Gr. L. ac Poëſ.
Profeſs.

SCELETON
GEOGRAPHICVM

In uſus
Poëticos & Hiſtoricos
adornatum.
Editio Tertia Auctior & Correctior.

BRUNSVIGÆ,
Sumtibus THOMÆ HENRICI HAUENSTEINI,
Bibliopolæ Hannoverani.
Typis *JOHANNIS HENRICI DUNCKERI,*

ANNO MDC LXII.



GENEROSIS AC AMPLÆ SPEI ADOLESCENTIBUS

AXELIO A LILIENSTRÖHM, & AXELIO BOHLIO.

S.

NOn post Homerum Iliada pango, Generosi Juvenes, aut ululas Athenas, qui post Ortelios, Bertios, Mercatores, matrem osculor, atque Geographica quædam divulgo. Illorum sane virorum tanta laus est, quantus eorum labor, quanta volumina. Interim sublimium arborum fructus ad usque admirationem oculis abblandiuntur; at ex pumilis pometis nihil cunctati decerpimus. Proficimus ex compendiis; proficiscimur in vastis codicibus, & vix unquam domi sumus. Nec matutini oculi adultum Solem ferunt, nec gressus puerorum propendentes stolarum lacinias, nec qui quadam disciplina initiandi, robusta authorum scripta. Illud, jucundissimæ animæ, in ingeniolis vestris, quæ Deus & natura ad magnos usus dedicarunt, observatum est: exsculpi volunt; non fundi: artari; non excudi. Accipite ergo, vobisque consecratum habete breviculum, quod potiora terrarum aquarumque nomina cum principiis artis expedit. Illa toto die in Poëtarum & Historiæ deliciarum vestrarum lectione occurrunt, reassumunturque ab indiculo, qui ad distinctas Sceleti sedes singula reducit. His præcognitis non omnino rudes terræ hospites eritis; sed solidiorum scriptionum offas citra præfocationis metum facile admittetis. Valete.

V.

HENRICUS SCHÆVIUS, D.

TABELLA OSTENDENS CLIMATA, PARALLELOS, DIES LONGISSIMOS ET CLIMATUM intervalla, ad diversas latitudines seu Elevationes Poli.

Climata	Paralleli	Dies longissimi Hor.	Dies longissimi Scr.	Latitudo Gr.	Latitudo Scr.	Intervalla Climatum Gr.	Intervalla Climatum Sr.
0	0	12	0	0	0	4	18
	1	12	15	4	18		
1	2	12	30	8	34	8	25
	3	12	45	12	43		
2	4	13	0	16	43	7	50
	5	13	15	20	33		
3	6	13	30	23	10	7	3
	7	13	45	27	36		
4	8	14	0	30	47	6	9
	9	14	15	33	45		
5	10	14	30	36	30	5	17
	11	14	45	39	2		
6	12	15	0	41	22	4	30
	13	15	15	43	32		
7	14	15	30	45	29	3	48
	15	15	45	47	20		
8	16	16	0	49	1	3	13
	17	16	15	50	33		
9	18	16	30	52	58	2	44
	19	16	45	53	17		
10	20	17	0	54	29	2	17
	21	17	15	55	34		
11	22	17	30	56	37	2	0
	23	17	45	57	34		
12	24	18	0	58	26	1	40
	25	18	15	59	14		
13	26	18	30	59	59	1	26
	27	18	45	60	40		
14	28	19	0	61	18	1	13
	29	19	15	61	53		
15	30	19	30	62	25	1	1
	31	19	45	62	54		
16	32	20	0	63	22	0	52
	33	20	15	63	46		
17	34	20	30	64	6	0	44
	35	20	45	64	30		
18	36	21	0	69	49	0	36
	37	21	15	65	6		
19	38	21	30	65	21	0	29
	39	21	45	65	35		
20	40	22	0	65	47	0	22
	41	22	15	65	57		
21	42	22	30	6	66	0	17
	43	22	45	66	14		
22	44	23	0	66	20	0	11
	45	23	15	66	25		
23	46	23	30	66	28	0	3
	47	23	45	66	30		
24	48	24	0	66	31	0	0
		Menses					
		1		67	15		
		2		69	30		
		3		73	20		
		4		78	20		
		5		84	0		
		6		90	0		

PINACIDION APPIANI, EXHIBENS MILLIARIA SINGULIS *Gradibus sub diversa Poli Elevatione respondentia.*

Gradus latit.	Mill.	Min.	Grad.	Mill.	Min.
Æquat.	15	0	XXXXVI	10	25
I	14	59	XXXXVII	10	14
II	14	59	XXXXVIII	10	2
III	14	58	XXXXIX	9	50
IV	14	58	L	9	38
V	14	56	LI	9	26
VI	14	55	LII	9	14
VII	14	53	LIII	9	2
VIII	14	51	LIV	8	49
IX	14	48	LV	8	36
X	14	46	LVI	8	23
XI	14	43	LVII	8	10
XII	14	40	LVIII	7	57
XIII	14	37	LIX	7	44
XIV	14	33	LX	7	30
XV	14	29	LXI	7	16
XVI	14	25	LXII	7	2
XVII	14	21	LXIII	6	48
XVIII	14	16	LXIV	6	34
XIX	14	11	LXV	6	20
XX	14	6	LXVI	6	6
XXI	14	0	LXVII	5	52
XXII	13	54	LXVIII	5	38
XXIII	13	48	LXIX	5	23
XXIV	13	42	LXX	5	8
XXV	13	36	LXXI	4	53
XXVI	13	29	LXXII	4	38
XXVII	13	22	LXXIII	4	23
XXVIII	13	15	LXXIV	4	8
XXIX	13	7	LXXV	3	53
XXX	12	59	LXXVI	3	38
XXXI	12	51	LXXVII	3	23
XXXII	12	43	LXXIIX	3	8
XXXIII	12	35	LXXIX	2	52
XXXIV	12	26	LXXX	2	36
XXXV	12	17	LXXXI	2	20
XXXVI	12	8	LXXXII	2	5
XXXVII	11	59	LXXXIII	1	50
XXXIIX	11	49	LXXXIV	1	34
XXXIX	11	39	LXXXV	1	18
XL	11	29	LXXXVI	1	3
XLI	11	19	LXXXVII	0	47
XLII	11	9	LXXXVIII	0	31
XLIII	10	58	LXXXIX	0	16
XLIV	10	47	XC	0	0
XLV	10	36			

TYPUS INTERVALLORUM VARIARUM GENTIUM CLUV.

Gradus.	1.	2	3.	4.
Russica mill.	20. 40. 60. 80.	120. 160.	200. 240.	280. 230.
Italica mill.	10. 20. 30. 40. 50. 60.	90. 120.	150. 180.	210. 240.
Anglica mill.	27. & dim. 55.	82. & dim. 110.	165.	220.
Scotica mill.	10. 20. 30. 40. 50.	100.	150.	200.
Gallicæ leucæ.	5. 10. 15. 20. 25.	50.	75.	100.
Horariæ leucæ.	5. 10. 15. 20.	30. 40.	50. 60.	70. 80.
Hispanicæ leuc.	171.	35.	52. & dim.	70.
Germanica mil.	5. 10. 15.	30.	45	60.
Scandica mill.	2. 4. 6. 8. 10.	20.	30.	40.

TABELLA VENTORUM EX BERTIO.

1. ΑΠΗΛΙΩΤΗΣ. *Subsolanus.* Oost. *ab Oriente Æquinoctiali.*
2. Ἀπηλιώτης νοτιώτερος. Oost ten Zuyden. *Vocant* Hypeurum *vulgò:*
3. ΕΥΡΟΣ. *Vulturnus.* Oost-zuyd-oost. *Ab oriente brumali.*
4. Εὐρόνοτος ἀνατολικώτερος. Zuyd-oost ten Oosten. *Vocant* Meseurum.
5. ΕΥΡΟΝΟΤΟΣ. Zuyd-oost. *Hic Agellio est Vulturnus. Vulgò* Notapeliotes.
6. Εὐρόνοτος νοτιώτερος. Zuyd-oost ten Zuyden. *Vulgò* Hypophœnix.
7. ΦΟΙΝΙΚΙΑΣ. Zuyd zuyd-oost. *Vegetio* Λευκόνοτος.
8. Νότος ἀνατολικώτερος. Zuydten Oosten. *Vulgò* Mesophœnix.
9. ΝΟΤΟΣ. *Auster.* Zuyd. *A Meridiano axe.*
10. Νότος δυτικώτερος. Zuyd ten Westen. *Vulgò* Mesolibonotus.
11. ΛΙΒΟΝΟΤΟΣ, λιβοφοίνιξ. Zuyd zuyd-oost.
12. Ζεφυρόνοτος νοτιώτερος. Zuyd-vvest ten Zuyden. *Vulgò* Hypolibonotus.
13. ΖΕΤΥΡΟΝΟΤΟΣ. Zuyd-vvest. *Vulgò* Notolibycus.
14. Ζεφυρόνοτος δυτικώτερος. Zuyd-vvest ten Westen. *Vulgò* Mesafricus.
15. ΛΙΨ. *Aphricus.* West Zuyd-West. *Ab occasu brumali.*
16. Ζέφυρος νοτιώτερος. West ten Zuyden. *Vulgò* Hypafricus.
17. ΖΕΦΥΡΟΣ. *Favonius. Vegetio Subvespertinus.* West. *Ab occasu Æquinoctiali.*
18. Ζέφυρος βορειότερος. West ten Noorden. *Vulgò* Mesocorus.
19. ΑΡΓΕΣΤΗς. *Corus, Caurus, Iapyx.* West-Noord-West. *Ab occasu æstivo.*
20. Θρασκιοζέφυρος δυτικώτερος. Noord-West ten Westen. *Vulgò* Hypocorus.
21. ΘΡΑΣΚΙΟΖΕΦΥΡΟΣ. Noord-West. *Vulgò* Borrholybicus.
22. Θρασκιοζέφυρος βορειότερος. Noord-West ten Noorden. *Vulgò* Hypocircius.
23. ΘΡΑΣΚΙΑς. *Circius.* Noord-noord-West.
24. Ἀπαρκτίας δυτικώτερος. Noordten Westen. *Vulgò* Mesocircius.
25. ΑΠΑΡΚΤΙΑς. *Septentrio.* Noord. *Ab axe supero.*
26. Ἀπαρκτίας ἀνατολικώτερος. Noord ten Oosten. *Vulgò* Hypaquilo.
27. ΒΟΡΕΑΣ. *Aquilo.* Noord-noord-oost *Aristot.*
28. Μέσης βορειότερος. Noord-oost tenNorden. *Vulgò* Mesaquilo.
29. ΜΕΣΗΣ. Noord-oost *Plin. Vulgò* Borthapeliotes.
30. Μέσης ἀνατολικώτερος. Noord-oost ten Oosten. *Vulgò* Hypocæcias.
31. ΚΑΙΚΙΑΣ. Oost-Noord-oost. *Ab Oriente æstivo.*
32. Ἀπηλιώτης βορειότερος. Oost ten Noorden. *Vulgò* Mesocæcias.

1. *Notatio nominis* seu *Etymologia*: Geographia dicitur à γία, γαῖα vel γῆ terra, & γράφω.

2. *Definitio*: Geographia est totius globi terreni, cum aquis interfusis, quatenus nobis cognitus est descriptio.

3. *Differentia* à vicinis quibusdam terminis, ut à
- *Cosmographia*, quæ totum mundum visibilem depingit: id quod intendit Plinius.
- *Chorographia*, quæ unam regionem e.g. Hispaniam, Germaniam &c. delineat.
- *Topographia*, quæ particularem quendam locum, ut urbem, pagum, prædium, sylvam, montem, fluvium, agrum exhibet.
- *Geodæsia*, quæ est ars agrimensoria, die Ingenieur Kunst. Atque ita Cosmographia includit Geographiam; hæc Chorographiam, quæ vicissim Topographiam pollicetur; in locis autem mensurandis operosa est Geodæsia.

In hoc Geographiæ Sceleto prostant 1. hæc *generalia*

4. *Circuli* qui vel

1. *Æquator*, qui & æquinoctialis & æquidialis Græc. ἰσημερινός, Germ. die Linie. circulus major immutabilis: hujus officium est
   1. Secare globum in duas partes, septentrionalem & australem.
   2. Sub contactum Zodiaci, à quo bis secatur, monstrare æquinoctia: vernum in princ. arriet. & autumnale in libra per universum mundum.
   3. Ostendere quinam habitent sub *sphæra recta*, ut sunt ii qui sub ipso æquatore; vel sub *obliqua*, qui ultra citraque eum; vel sub *parallela*, qui sub polis mundi habitant.
   4. Diei ac noctis in horas sectionem monstrare: singulis vero horis Sol 15. partes in eo absolvit. partes ejus in universum, sicut & omnium reliquorum, sunt 360. quas *gradus* vocant.
   5. Longitudinem locorum mensurare.

2. *Tropici* sunt minores circuli, à τρέπω verto, quod in iis Sol vel revertatur ad nos, vel divertatur à nobis: alter est
   - *Cancri* quem Sol attingit dum in cancro versatur
   - *Capricorni*, quem in capricorno Sol occupat:

   horum munus est
   1. Tempus Solstitiorum i.e. initium æstatis & hyemis describere eademque opera diem longissimum & brevissimum monstrare.
   2. Ostendere terminos viæ solaris in septentr. & merid. vel quod idem est, Zodiaci obliquitatem delineare:
   3. Zonam torridam, per cujus medium æquator transit, includere.

3. *Polares*, qui sunt 2. circuli minimi circa polos, alter est
   - *Arcticus*
   - *Antarcticus*

   horum functio est
   1. Zonas frigidas utrinque circumscribere.
   2. Cum tropicis Zonas temperatas constituere.
   3. Polum Zodiaco largiri.

   * Atque hi 5. circuli dicuntur *Paralleli*.

4. *Meridianus* qui est major circ. & mutabilis: quia, quot dantur stationes per terram in longit. tot meridiani: transit enim per cujusvis loci & hominis verticem & pedes perque polos mundi; ejus officium est
   1. Ostendere primariò partes cœli orientales & occidentales, deinde & septentr. & meridiem.
   2. Mediam diei noctisque partem demonstrare.
   3. Indicem horologii in globo dirigere.
   4. Latitudinem locorum, vel quod idem est elevationem poli dicere.

5. *Horizon*, circulus major & mutabilis: quot enim loca vel puncta tot horizontes; & quivis est centrum sui horizontis: ejus munus
   1. In cœlo & terra simul, Sphæras in duas partes æquales dividere, partemque cœli conspicuam quæ medietas una est, ab inconspicua dirimere, atque ita terram quoque mediam secare: diciturque *Rationalis*.
   2. Ostendere quæ stellæ sint ortæ vel nondum.
   3. In terra vel aquis spatium, quantum oculis describimus in plano vel æquore, circumdare, & dicitur *sensibilis* cujus diameter 5. mill. germ. cum tribus octavis Hujus positus, Rectus ne an Obliquus vel Parallelus sit, ex æquatoris dispositione, de qua supra, patet.

6. *Zodiacus*, circ. maj. immutabilis, qui Solem reliquosque planetas flexuoso inter duos tropicos, seu per Zonam torridam, motu velit, Solemque singulis fere 30. diebus novo Zodiaci signo relinquit: cum Sol ferme singulis dieb. uno gradu deficiat, quo minus totum cum reliquis stellis fixis cœlum circumambulaverit, atque ita toto circulo h.e. 360. gradib. posthabitus anni elapsum indicat, quem defectum Luna singul mensibus experitur.

5. *Puncta* quatuor, quorum duo sunt *in cœlo*; totidemque iis exactè respondentia & ejusdem nominis *in terra*, dicunturque *poli* seu vertices, à πολέω, verto: cum circa hos cœlum, vel prout aliis videtur, terra 24. horarum spatio jugiter circumrotetur. Horum unus est
- *Arcticus* ab ἄρκτος, ursa, cujus constellatio vicina huic est, & Septentrio, a septem, in ursa stellis, quas Triones vocant: item Borealis & Hyperboreus & Aquilonaris, à vento qui inde spirat: hic semper nobis conspicuus.
- *Antarcticus*, huic oppositus, qui & Australis & Meridionalis & Notius dicitur, semperque nobis sub Horizonte delitescit.

6. *Linea*, quæ *Axis* dicitur, cujus extremitas fingitur in duobus cœli polis, ita ut terræ quoque polos & ejus centrum terebret, in quo terra secundum Copernicеos, ut assum in veru vertitur.

7. Men-

7. *Mensuratio* locorum ubi quæritur

1. Quæ sit cujusque loc. longitudo: & computatio fit in æquatore vel marginibus particularium tabell. septentrionalibus & meridionalibus, numerum ostendente aliquo meridianorum, vel expressorum vel intellectorum. Sunt enim per decimos quosque æquatoris gradus meridiani ducti, cum alioquin, si innumeri illi exprimi debuissent, omnia meridiani essent obliterata. Atque hæc calculatio, nisi certa capta hypothesi, incerta hodie reddita est: cum vel tria diversa diversorum extent numerandi initia. Ptolomeus orditur in Insulis Fortunatis: Hispanorum naturæ in Asorib. insulis: quidem & in medio Hispaniæ: verum abs re Peliam recoxerunt, cum chalyboclisis seu declinatio magnetis in aliis quoque pluribus locis nulla eveniat, quæ tamen eorum fundamentum est.
2. Quænam sit loci latitudo, vel quod idem est, *Elevatio Poli.* Et ostendunt hoc numeri meridianis inscripti, vel limbi tabellarum orientales & occidentales.
   Poli vero elevatione cognitâ Rectificatio globi, ad varias Geographicas & Astronom. utilitates ita obtinetur: Numerum elevationis tui loci e.g. Stetini 53. gr. 30. min. quære in circulo æneo, in illa parte, ubi, numerando à polo, ita se insequuntur numeri: 10. 20. 30. &c. Hos numeros applica Thecæ s. circulo ligneo lato, qui sustinet globum & Horizontem meritur. Hoc ita disposito globus intra æneum circulum rotandus, quoad Stetinum superius directò substet meridiano eidemque numero atque ita consistat in summo jugo globi, sitque q. centrum hemisphærii conspicui: id quod leges Horizontis exigunt. Cui si adhibeas Amusium acus magnetica ostendet arcton ad quam dirigendus globi polus arcticus.
3. Quænam sit distantia locorum ad se invicem: quod cognoscitur *in globo* vel ex Meridiano, vel quadrante latitudinis: quæ est lamella ex meridiano mobiliter dependens, numeratis in eo gradibus, quorum singuli 15. milliaria Germanica respondent, *In tabulis particularibus* circino ex æquatore vel scalis adscriptis facilis est computatio. *In planis universalibus* Appiani Pinacidion usui est.
4. Quibusnam Geographi utantur mensuris. Id docent hi versiculi:

   Quatuor è granis digitus componitur unus: Est quater in palmo digitus, quater in pede palmus:
   Quinq; pedes passum faciunt, passus quoq; centum Viginti quinq; stadium dant: sed miliare
   Octo dabunt stadia, & duplatum dat tibi Leucam.

   Collationem vero milliarium & intervallorum variarum gentium vide in Tabell. in fronte hujus sceleti.
5. Quænam sit terræ circumferentia. Et resp. 5400. milliar. Germ. ex quo facili tenetur terræ diametrus s. crassidies maxima, 1718. mill. unde Semidiameter 859. posthabitis fractionibus: vel numero rotundo 860. quo numero Astronimi, qui per terræ semidiametros mensurant, familiariter utuntur. Hujus vero calculi ratio apud Geometras demonstratur.

8. *Axiomata quædam huc facientia.*

1. Terra cum aquis interfusis est corpus unum rotundum vel uno Eclipsium & sex signorum omnibus æqualiter ascendentium argumento: quamvis nonnemo Ovalem eam velit.
2. Terræ globus ad cœlum comparatus habet se instar puncti: stellæ enim minima vel decies octies eam superare perhibetur.
3. Centrum terrenum vi magnetica omnia ad se raptat: hinc itur, navigatur, habitatur circa universam terram citra metum prolapsus in cœlum.
4. Per superficiem globi terreni nihil est superius, nihil inferius; sed quicquid centro terreno circumfunditur superius id omne est: ipsum centrum solùm infimum est.
5. Quivis terræ incola in summo terræ cono constitutum se arbitratur, concipitque antipodas capite in oppositum cœlum propendulos, idque imitatur globus rectificatus.
6. *Periœci* sub eadem nobiscum Zona in adversa globi facie habitant: *Antœci* nostri sunt *Antipodum* nostrorum periœci.
7. Montium ac vallium inæqualitates, anfractus & exesa à maribus littora, non magis impediunt rotunditatem terræ, quam lenticula capiti figuram Sphæroidea adimit.

9. *Termini* s. *Vocabula* quædam propria

1. *Continens.* Epirus ἤπειρος, terra firma ein unbeflossen Land/ est quæ non est Insula.
2. *Insulæ* νῆσος ein Eyland/ beflossen Land/ est terra aquis s. mari s. flumine undique circumdata: in mappis quandoque notatur voce Isle vel voce Ilhas, vel sola litera I.
3. *Peninsula* Chersonesus, ein fast beflossen Land/ terra aquis ferè circumdata, ubi una tamen parte datur exitus.
4. *Isthmus*, vocatur illa arctitudo terræ inter duas aquas perquam ex peninsula pedibus exitur. In tabulis interdum Italica voce *Estretto* vel Hisp. *Estrecho* q. strictum dicas, Batavis dicitur ein Enge/ Sträet/ s. Canal/ aliquando ein Hafft: Danis der Sund.
5. Fretum est angustia maris inter duas terras.
6. *Sinus* est cum se mare aliquo tractu in terras insinuat. Ital. dicitur *Golfo* ex Græco κόλπος Hisp. *Baya*: in tabulis interdum notatur per literam G. vel B.
7. *Promontorium*, est ubi terra quodam tractu in mare excurrit, aliàs *Caput* Ital. *Capo* Hisp. *Capo* Batavis *Caap*, ab Hisp. interdum denotatur puncto (.) aliàs sæpe in tab. lit. C.
8. *Fluvius* frequenter notatur voce Hisp. *Rio*. i.e. Rivus vel litera tantùm initiali R.
9. *Baixos* vel *Bancos* voces Hispanicæ denotant pulvinos in mari s. brevia, Syrtes, [illegible]-Sand.

10. Divi-

10. Divisio Terræ quintuplex

- 1. Ubi tota terra dividitur in 2. partes, quod fit beneficio æquatoris qui nobis relinquit ſuperiùs partem *Septentrionalem*, in qua & latitudines Septentrionales numerantur; inferiùs partem, *Auſtralem* ſ. *meridionalem*, in qua latitudines meridionales computantur.
- 2. Ubi tota terra dividitur in 4. partes quæ *plagæ* dicuntur: hæc diviſio ita intelligi poteſt, ſi quis aliquo terræ loco faciem convertat ad polum arcticum: (cui ſuperiora tabellarum fere ſemper reſpondent,) tunc habebit
  - ante ſe plagam ſeptentrionalem
  - à dextris orientalem
  - à ſiniſtris occidentalem
  - à tergo meridion. ſ. auſtralem.
- 3. Ubi tota terra dividitur in 5. partes, quæ *Zonæ*, Gr. Ζῶναι, id eſt, cingula ſeu latæ faſciæ appellantur, ſuntque
- 4. Ubi tota terra dividitur in *Climata*: quæ ſunt ſpatia in terra inter circulos parallelos comprehenſa, tantis à ſe mutuo intervallis diſtantes, ut in ſubſequenti climate longisſimus æſtatis dies dimidiâ horâ longior ſit quam in præcedenti fuerat.
  - 1. *Zona frigida arctica*, tota intra circulum arcticum concluſa, cujus centrum ipſe polus arcticus eſt, ob frigus putata inhabitabilis.
  - 2. *Zona temperata Septentrionalis*, intra circulum arcticum & tropicum Cancri concluſa; ob temperiem habitabilis.
  - 3. *Zona torrida*, inter utrumque Tropicum, quam mediam æquator ſecat: hæc quoniam tota viæ ſolari ſubjacet, ob æſtum inhabitabilis habita.
  - 4. *Zona temp. Auſtral.* intra tropic. Capric. & circulum antarcticum: ob temperiem iterum habitabilis.
  - 5. *Zona frigida antarctica*, tota intra circulum antarcticum, cujus centrum polus antarcticus ob frigus iterum inhabitabilis.
- 5. Ubi ſpeciali quadam diviſione terra ſecatur in 6. partes quæ ſunt
  - 1. EUROPA cujus
    - *Situs* ſub Zona temp. Septent. ita tamen ut circulum Arct. paulo tranſcendat, tropicum autem cancri nondum attingat.
    - *Termini*
      - *à Merid.* fretum Herculeum & Mare mediterraneum.
      - *ab Oriente*. reliquæ maris mediter. partes, usque ad paludem Mœotidem; hinc eſt Tanaidis, Volgæ & Duinæ ſiniſtra ripa, usque ad mare Album, ſeu Pezorko.
      - *ab Occidente*, mare Atlanticum.
      - *à Septentrione*, mare Hyperboreum.
    - *Figura*. Strabo ei asſignavit figuram volantis draconis: Cluverus fœminæ ſedentis, cujus caput Hiſpania, collum Gallia, corpus Germania, venter Polonia, brachium dextr. Italia; ſiniſtrum Anglia. Scot. Hibernia vel Dania, Suecia & Norvvegia: reliqua ſub veſtib. diffuſa.
    - *Longitudo* aliis
      - à Tanaide fluvio, ad fretum Gaditanum, mill. Germ. 750. ab Ulysſipone vel Compoſtella Conſtantinopolin uſque, mill. 600.
    - *Latitudo*, quæ nullibi major eſt 225. mill. niſi ubi inter Siciliam & Scritofinniam 600. mill. numerantur.
  - 2. ASIA cujus
    - *Situs* intra circulum arcticum & æquatorem, quos tamen utrinque paululum tranſcendit.
    - *Termini* ab
      - *Occidente*, mare rubrum, Iſthmus Judaicus & omnia iſta quæ Europa habuit Orientalia.
      - *Oriente*, Oceanus Orientalis ſeu Eous.
      - *Meridie*, mare Indicum.
      - *Septentrione*, mare Scyticum.
    - *Magnitudo* tanta eſt ut Europam & Africam ſimul ſuperet.
  - 3. AFRICA cujus
    - *Situs* ſub Zona Torrida ſ. intra utrumque tropicum ita tamen ut utrinque eam decem & pluribus gradibus excedat.
    - *Termini* ab
      - *Oriente*, Mare Indicum & Iſthmus Judaicus.
      - *Occidente*, mare Æthiopicum & Atlanticum.
      - *Meridie*, terra auſtralis incognita & Caput bonæ ſpei.
      - *Septentrione*, Mare mediterraneum.
  - 4. AMERICA cujus
    - *Denominatio* eſt ab Americo Veſputio Florentino, qui primus poſt Columbum anno 1497. Emanuelis Portugalliæ Regis auſpiciis partem ejus meridionalem detexit.
    - *Situs*: habet ab
      - *Ortu* mare Atlanticum & Mare del Nort.
      - *Meridie* Magellanicam ſeu terram Auſtral. incognitam.
      - *Occaſu* mare Pacificum ſ. mare del Zur.
      - *Septentrion*, terram ſeptentrionalem incognitam.
    - Magnitudo totus ejus περίπλους eſt mill. Germ. 8000.
  - 5. & 6. TERRAE INCOGNITAE quarum alia
    - *Septentrionalis* circa polum arcticum.
    - *Auſtralis* circa polum antarcticum.

11. Magnarum terræ regionum cursiva delineatio in

- EUROPA; ubi: Hispania cum Portugallia. Gallia. Belgium. Germania. Bohemia. Anglia. Scotia. Hibernia. Dania. Norvvegia. Suedia. Gronlandia. Polonia. Podolia. Ungaria. Sclavonia. Croatia. Dalmatia. Bosnia. Servia. Bulgaria. Illyricum. Tartaria. Italia. Sicilia. Moscovia. Borussia. Curlandia. Lituania. Finlandia. Lappia. Græcia. Macedonia. Epirus. Achaja. Peloponnesus. Creta. s. Candia. Sardinia. Corsica. Melite. s. Malta. Rhodus. Islandia. Frieslandia. Nova Zembla.
- ASIA; ubi Natolia s. Asia minor variè subdivisa. Armenia major & minor. Phœnicia. Syria. Palæstina. Arabia triplex, felix, petræa & deserta: Assyria. Babylonia. Chaldæa Colchis. Iberia. Media. Persia. India Orientalis intra & extra Gangem. China. Tartaria seu Scythia. Cyprus. Sumatra seu Taprobana. Insulæ Philippinæ. Moluccæ. Japan. Guinea nova.
- AFRICA; ubi Ægyptus. Barbaria. Biledulgerid. Sarra desertum. Nigritania. Æthiopia superior. Æthiopia inferior, quæ & Abyssina s. ditio Petro Johannis. Numidia. Libya. Cyrenaica. Melinda & Megadaxo. Guinea. Monomotapa.
- AMERICA;
  - *Meridionali*: Brasilia. Peruvia. Chili. Gigantum regio, s. Chica. Castilia aurea. Guajana.
  - *Septentrionali*: Mexicanum regnum. Nova Francia. Virginia. Florida. Nova Hispania. California. Granada. Insulæ Cuba. Jamaica. Spaniola. Canada.

12. MARIS diversæ appellationes, ubi occurrunt

- 1. OCEANUS qui dicitur
  - 1. *ab Oriente*: Orientalis s. Eous. Sericus ad Seriam Kythajæ regionem. Chinensis juxta Chinam. infra eam Archipelagus S. Lazari s. Hippadis pelagus habens insulas 7448.
  - 2. *à Meridie*: Notius s. Australis. Mare Lantchidol. Oceanus Indicus, Gangeticus. Bengalensis. Persicus. Arabicus. Asperum mare juxta Madagascar, propter Brevia. demum Æthiopicus.
  - 3. *ab Occidente*: Atlanticus ab Atlante Mauritaniæ monte. Cantabricus ad Cantabriam Hispaniæ provinciam. Gallicus. Aquitanicus ad Aquitaniam Galliæ. Britannicus. Hibernicus. Caledonius ad Scotiam. Germanicus ad Jutiam & Cimbriam die Nord-See/ in respectu ad Hollandiam ubi in mediterraneis die Suider-See/ ad sinus referendus.
  - 4. *à Septentrionib.*: Septentrionalis. Sarmaticus inter Lappiam & fluvium Obium. Scythicus & Tartaricus. Hyperboreus. Cronium mare, à χρόνος Saturnus. Concretum s. Amalchicum. Morimarusa s. Mare mortuum, & Pigrum.
  - 5. *ad Americam* in parte
    - Orientali supra Lineam Mare del Nord.
    - Occidentali Mare del Zür & Pacificum.
- 2. SINUS Magni
  - 1. Mare Mediterr. s. Mare internum quod habet nomina varia à locis variis quæ alluit, diciturque vel
    - Herculeum s. Fretum Gaditanum. It. Estrechò vel l'Estroit de Gibraltar. It. Mare de Calis, ubi ex Oceano Atlantico primum erumpit.
    - Ibericum s. Hispanicum ad Iberiam s. Hispaniam.
    - Balearicum ad Baleares Insulas. // Gallicus sinus ad Galliam Narbonensem.
    - Ligusticus sinus ad Liguriam Galliæ partem.
    - Tuscum s. Hetruscum. It. Tyrrhenum vel Inferum ad Italiam Corsicum & Sardoum. Siculum. Creticum. Cyprium. Jonium ad Græciam. Adriaticum inter Italiam & Illyricum. It. Golfo di Venetia & Hadria, nec non mare Superum. Ausonium inter Italiam & Siciliam. Corinthiacus sinus. Ægæum mare seu Archipelagus ob multitudinem Insularum. Hellespontus ubi primum angustatur. Propontis ubi laxatur denuò. Pontus Euxinus olim Axenus ab α. priv. & ξένος hospes. Bosphorus Cimmerius ubi tertio constringitur. Mœotis palus ad extremum recessum, ubi recipit Tanain. Postea à variis locis quæ alluit dicitur Carium, Rhodium, Cilicium, Syrium, Cyprium, Issicus Sinus. Phœnicium, Ægyptium, Cyrenaicum, Lybicum, Mauritanum.
  - 2. Sinus Codanus s. mare Balthicum s. Suecicum die Ost-See/ cujus partes sinus Finnicus & Boddicus. alluens regiones Jutiam. Dan. Hols. Megapol. Pomer. Cassub. Boruss. Curl. 3. Sinus Arabicus s. Mare Rubrum: dicitur & Mare Rosso & Mar di Mecca. 4. Sinus Persicus ad Persiam. 5. Sinus Bengalicus s. Gangeticus qui fluvium Gangen suscipit. 6. Sinus Hadriaticus de quo supra. 7. Sinus Mexicanus in America. 8. Sinus Granduicensis s. mare Pezorko s. Album. alii addunt mare Caspium s. de Sala, quæ tamen lacus tantum est.

13. Insulae quæ imbitâ marium doctrinâ facile addiscuntur; suntq; in

- Oceano
  - Orientali
    - Corea f. Caooli, quibusdam Peninsula putatur 230. M. long. 50. lata.
    - Japan 150. M. Germ. long. 70. lata. Caput est Meaco.
    - Philippinæ f. Barusfæ Ptol.
      - Lutzon maxia earum.
      - Mindana.
      - Calaminares.
    - Islas de las Velas seu Insulæ Latronum, ditionis Hispanorum.
    - Moluccæ parvæ, sed aromatum feracissimæ, nempe.
      - Ternate,
      - Bachian,
      - Tidor.
      - Motir.
    - Java Major & Minor.
    - Ceiram, Gilolo, Celebes, Borneo.
  - Meridionali,
    - Sumatra f. Taprobana quam secat Æquator.
    - Zeilan ad finum Gangeticum novem regnis distincta.
    - Zacotara ad Mare rubrum.
    - Madagascar f. Insulæ S. Thomæ. Principis. de bono anno. Helenæ. Ascensionis. S. Matthæi.
  - Occidentali
    - Insulæ de Cabo Verde f. Hesperides quæ & Gorgades. Cabo Verde ad Africam est.
    - Canariæ f. Mauritaneæ ad Mauritan. ex quib. notiff. est Madera.
    - Asores f. Flandricæ ex quibus præcipuè innotuerunt Corvo & Flores, per quas Meridianus recentioribus transit, quem Ptol. posuit in Fortunatis.
    - Gades ad fretum Gaditanum hanc appellarunt Tyrii à rubro mari illuc profecti Erythræam: Pœni Gadir, urbs in ea Cadiz corrupte Caliz.
    - Britannicæ inter quas
      - Anglia olim Albion. Scotia.
      - Hibernia f. Ierna vel Juverna Irland.
      - Orcades multæ & parvæ supra Scotiam, quarum una Hetlandia f. Schetlandia, quam Maginus ex Solino putat ultimam Thulen: at Mercator & Cluverus Islandiam putant.
      - Vectis Wicht.
  - Septentrionali
    - Islandia Regi Daniæ parens, habens montem ignivomum Hecklam Thule aliquibus putata.
    - Frislandia à frigore ita dicta.
    - Gröenlandia de qua dubitatur num coalescat cum America.
    - Nova Zembla in mari Tartarico, nondum tota circumnavigata.
- Sinubus
  - Maris Mediterranei ubi
    - Balearicæ f. Gymnesiæ, ut Majorica, Minorica, Ebusus, *Tvica.*
    - Sicilia quæ & Sicania & Trinacria cujus urb. Syracusæ & Agrigentum.
    - Melite, *Malta.* Caprea. Ophiusa. Ilue, *Elba.*
    - Æoliæ f. Hephæstiades & Vulcaniæ seu Liparæ.
    - Creta, *Candia*, olim & Hecatompolis ac Curetis ubi Gnosos.
    - Corcyra f. Phæacia quæ & Cyrnus *Corfu.* Cephalenia f. Dulichium, quæ & Same, ac Taphos. Zazynthus, *Zante.* Ithaca, *Isola del Compare.*
    - In Mari Ægaeo sunt
      - Eubœa f. Abantis, *Negroponto*, ubi sunt urbes Carystus & Chalcis, Scyros, Lemnos, *Stalimene.* Lesbos, *Metellino* à claro quondam civitate Mytilene, Salamis, Ægina. Samothracia, *Salmandrachi.* Tenedos.
      - Cyclades, ut Andros, Paros, Amorgos, Thasos, Delos quæ & Cynthus & Ortygia. Melos, *Milo.*
      - Sporades, ut Icaria, *Nicaria.* Pathmos, *Palmossa.* Samos, Cos. Chios, *Scio.* Claros, Naxos, Carpathos, *Scarpanto.*
    - Sub Natolia
      - Rhodus, *Rhodo.*
      - Cyprus, olim Macaria.
  - Maris Balthici in der Ostsee ubi
    - Zeelandia, olim Codononia, unde sinus Codanus, in qua urbes Hafnia, *Copenhagen*, sedes Regis Daniæ & Academia: ibi & Helsenör prope fretum.
    - Fionia Fühnen/ ubi Urbs Odensee. Insula Falster, Laland.
    - Langeland. Meum. Bornholm. Oeland ad Sueciam.
    - Rügen. Usdom & Wollin ad Pomeraniam.
    - Oesel & Dago ad Livoniam.
    - Alandia in sinu Boddico.
  - *Sinus Mexicani*
    - Cuba. cujus caput *S. Jacob.* Item portus *Havana*, & *Matanxa.*
    - Jamaica f. Insula f. Jacobi, ubi urbes *Sivilla* & *Oreftan.*
    - Hispaniola, cujus caput S. Dominicus.
    - California, quæ tamen quibusdam pro continenti habetur.

In Geographiæ Sceleto proſtant 2. hæc *ſpecialia* per Europam Aſiam, Africam & Americam & 1. per Europam ubi occurrit 1. *Hiſpania* cujus conſid.

1. *Appellationes*: Dicitur 1. Hiſpania vel ab Hiſpali civitate vel ab Hiſpano, primo Rege. 2. Iberia, ab Ibero fluvio. 3. Heſperia, quia eſt occidentalisſima Europæ.

2. *Termini* ab
   - Ortu & meridie eſt mare mediterraneum & fretum Herculeum.
   - Occaſu mare Atlanticum.
   - Septentrione Cantabricum Ocean. & juga Pyrenæa, quibus Galliæ anne&#7municipal;itur, habet.

3. *Flumina* quæ ſunt.
   - 1. Iberus, *Hebro*, qui recipit Sicorin & Segnen. oritur ſub Pyrenæis, in mare Ibericum ſe exonerat, & præterlabitur Ileridam civit.
   - 2. Tholobis, *Tandrat*. 3. Rubricatus, *Lobergat*. 4. Durias, *Guad alviar*.
   - 5. Sucro, *Sucar*. 6. Terebus, *Segura*. 7. Tader, *Guad alentin*, omnes idem mare Ibericum petentes.
   - 8. Bætis, *Guad alquivir*. unde olim ea pars Bætica dicta, in ſinum Gaditanum ſe exonerat: alluit Hiſpalin, *Seville*.
   - 9. Anas *Rio Guadiana*, eodem pergens per Caſtiliam novam: ad decem leucas penetralibus terræ ſe ſepelit, iterumque apud Medelinam renaſcitur.
   - 10. Tagus, *Tajo*. auriferis arenis ad Liſabonam mare Occ. petit.
   - 11. Minius. *Mino*. unde minium deſertur, ſupra Portugalliam eodem ruit.
   - 12. Durius, *Duero*. Numantiam & Porto tangit ad quam in Oc. Atl. abit.
   - 13. Munda, *Mundego* apud Conimbricam ſe mari Atl. committit. Alias 150. minus navigabilia per Hiſpan. numerantur.

4. *Montes*. Ad fauces freti Gaditani eſt Mons Calpe, Saracenis *Gibal. Tarif.* cui in Africa Abyla reſpondet, nunc *Ceutam* dictus, ab antiquis Columnæ Herculis vocatæ. 2. Pyrenæa juga inter Hiſpaniam & Galliam ſunt.

5. *Diviſio antiqua*, in Bœticam, Luſitaniam & Tarraconenſem. Romani in reſpectu ad Romam in Citeriorem ſub qua Tarraconenſis & Ulteriorem ſub qua reliquæ 2. diviſerunt.

6. *Nova diviſio* in 4. regna nempe
   - 1. PORTUGALLIAE cujus provinciæ
     - 1. PORTUGALLIA in qua urbes: Lisbona ſ. Lixabona, quæ & Olyſippo vel Ulyſſiponis. 2. Bracara, *Braga*. 3. Porto. 4. Coimbra ſ. Conimbra, Academia. 5. Setubal. 6. Julia liberalitas, *Ebora*. 7. Braganza.
     - 2. ALGARBIA, Hiſpanicarum provinciarum anguſtisſima & tenuisſima.
   - 2. CASTILIAE, cujus Provinciæ
     - 1. ANDALUSIA in qua
       - 1. Hiſpalenſis diſtrictus, ubi Hiſpalis, *Seville* magnificentisſima urbs. 2. Corduba, unde Cordubanum corium, patria Lucani, Senecæ & Avicennæ. 3. Nebriſſa.
     - 2. ESTREMADURA in qua
       - 1. Pax auguſta *Badajoz* vel *Baxanges*.
       - 2. Auguſta Emerita, *Merida*.
       - 3. Medellinum.
     - 3. GRANADA, ubi Urbs 1. Granata ubi Parlamentum. 2. Ronda.
     - 4. MURCIA, ubi 1. Murcia hortus Hiſpaniæ. 2. Carthagena olim Carthago nova.
     - 5. CASTILIA NOVA ubi urbes
       - 1. Toledum, umbilicus Hiſp. & Academia.
       - 2. Madritium ſ. Mantua Capetanorum *Madril*, ſedes Regia & Academia.
       - 3. Monaſterium S. Laurentii ſ. Eſcuriale.
       - 4. Alcantara. 5. Complutum, *Alcala de Henares*: Acad. unde curante Franc. Ximenio opus Biblicum Complutenſe prodiit.
     - 6. CASTILIA VETUS cujus urbes
       - 1. Burgos, caput. 2. Salamanca Academia.
       - 3. Segovia. 4. Numantia à Romanis deleta.
     - 7. GALLICIA ubi Compoſtella Acad. olim Flavium Brigantium.
     - 8. ASTURIA unde equi Aſturcones ubi Oviedum.
     - 9. LEGIO ubi urbs Legio.
     - 10. CANTABRIA cujus pars
       - Biscaja ubi Flavonia, Bilbao.
       - Guipuſcoa, ubi Toloſa & Flaviobriga *Fuentaravie*.
   - 3. ARRAGONIAE ubi
     - 1. ARRAGONIA. *Saragoſſa* olim Cæſarea Auguſta. Item Ilerida, *Lerida*. Orgelis, *Urgel*. Oſea, *Hueſca*.
     - 2. CATALAUNIA. ubi urbes Barcelona ſ. Barcino. Tarragona. Tortoſa, *Dertoſa*, quæ & Tarraco. *Montferrat*.
     - 3. VALENTIA, ubi Urbes Valentia. Saguntus hodie *Morviedro*. *Alicante*.
   - 4. NAVARRA, regnum olim Regi Galliæ ſubjectum, qui hodie vix ſextam ejus partem obtinet: clara in ea eſt Pompejopolis, *Pampelona*.

7. *Academiæ*; Salamantica. Complutenſis. Conimbricenſis. Toletana. Valentina. Eborenſis. Ilerdienſis. Majoricana ſ. Lulliana. Hiſpalenſis. Oſſunenſis in Gran.

2. GALLIA incolis *La Gaule* dicta, dicitur & Francia occidentalis ejus

1. *Termini* sunt. Mare Britannicum, mare Aquitanicum, montes Pyrenæi, Sabaudia, Burgundia, Lotharingia & Germania inferior.

2. *Flumina* præcipua.
   1. Sequana die *Seine* vel *Sehne*: ad quam Lutetia Parisiorum, *Paris*. Rotomagus, *Rovan*. irrumpit in Ocean. Brit. ad cujus Ostia *Haure de Grace*.
   2. Liguris *le Loir*. ad quam urbes Aurelia, *Orleans*. Blesia, *Blois*. Cæsarodunum s. Turunum, *Tours*. Nivernia, *Nivers*. Somurium, *Saumur*. Andegavum, s. Juliomagus, *Angiers*. Nannetum, *Nantes*. in mare occiduum incidit.
   3. Garumna *la Garone* in occ. mare labitur: ad hunc sunt Burgidala, *Bourdeaux*. Tolosa, *Tolouse*.
   4. Rhodanus *le Rosne*. in Alpibus ortus, inde Lacum Lemanum, die *Genffer See*, apud urbem Genevam, *Genff*, perfluens: apud urbem Lugdunum, *Lyon* suscipit Ararem, *la Saone*. Et Erievam, *l' Erieu*: posteaque alluens urbes Viennam, Valentiam, Avenionem, *Avignon*. Arelatum, *Arles*. Aquas Sexias, *Aix*. ad Massiliam, *Marsille* se mari Med. commiscet.

3. *Montes*. 1. *Pyrenæi*. 2. *Alpes* quarum aliæ sunt *Marinæ*; aliæ *Grajæ* & *Cottiæ*; aliæ *Penninæ*. 3. *Vegesus*. 4. *Jura*. 5. *Gebenna*.

4. *Antiqua* divisio in
   1. Citeriorem seu Cisalpinam quæ hodie pars Italiæ, & Togata dicta.
   2. Ulteriorem seu Transalpinam quæ divisia est in
      - Bracatam quæ Narbonensis quoque provincia dicta est, ad mare Mediterraneum.
      - Comatam cujus partes
        - Aquitania seu Celtica, ad Ligurim & Garumnam.
        - Lugdunensem, circa Rhodanum.
        - Belgicam, ubi hodie Belgium.

5. *Provinciæ modernæ* sunt
   1. BRETAIGNE, ubi *Renes* & *Nantes*.
   2. NORMANDIE, ubi *Rovan*. Cardomum, *Caen*. Diepa, *Dipen* portus. *Auranche*, *Harcourd*, *Haure de Grace*.
   3. PICCARDIE, ubi Ducatus *Guise*, *S. Quintin*, Ambianum, *Amiens*, *Bologne*, *Guine*, *Calais*, *Ardres*.
   4. CHAMPAGNE, ubi Remi, *Reims*. Catalauni, *Chalons*. Tricasium, *Troyes*, *Sedan*, *Sens*.
   5. LA FRANCE, ubi Parisii, *Paris*. *S. Denys*.
   6. BEAUSSE, s. Belsia, quo & *Anjou* spectat, ibi est *Angiers*, *Soumour*, *Blois*, *Tours*, *Chartre*, *Orleans*.
   7. BERRI, in Biturgibus ubi *Burges*. 8. LE MAINE, ubi *Lemaine*. 9. POICTU, ubi *Poictirs*.
   10. SAINTONGE, in qua *Saintes*. Rupella, *la Rochelle*. vicina est *Isle de Roy*.
   11. PERIGORT. 12. LIMOSIN. ubi *Limoge*. 13. QUERCU.
   14. BOURBONNOIS, ubi *Borbon* & *Molins*.
   15. BOURGOGNE, Burgundia. quæ est vel
       - Superior sub Rege Hisp. ubi *Dole* & *Besancon*.
       - Inferior Gallica, ubi Divionum, *Dyon*. Cabilonum, *Chalon*. Matiscona, *Mascon*. Belna, *Beoune*. Augustodunum, *Autun*. Nivernia, *Nivers*.
   16. GUASCOGNE Vasconia, ubi *Bearnia*, appendix regni Navarrei, hic est *Bourdeaux*. & *Foix* Episcopatus.
   17. LANGUEDOC, ubi ad Garumnam *Tolouse*: *Narbon* & Mons Pessulanus, *Mompelier*. Nemausus, *Nismes*.
   18. PROVENCE, ubi *Avignon*, Academia Papæ parens. Ibi & Principatus Auraucionensis, ubi urbs quoque & castrum *Aurange*. Aix, *Arles*, *Marseille*.
   19. DAUPHINE, Delphinatus, unde primogeniti Regum qui eam possident Delphini dicuntur. In ea Provinc. *Lionnois*. in qua *Lion*. & *Valence*.
   20. SAVOIE, Sabaudia, partim Regi Galliæ partim Duci Sabaudiæ subjecta; partim libera: huc spectat *Genff*. illuc *Chambery* & Fanum Divi Johannis seu *Jean de Marienne*; istuc *Burgen Bresse*, quæ una cum *Metz* & *Toul* Lotharingiæ civitatibus facta est ditionis Gallicæ.

6. *Ducatus* 19. 1. Orleans. 2. Bourgogne. 3. Narbonne. 4. Bretagne. 5. Anjou. 6. Berri. 7. Normandie. 8. Auergne. 9. Guienne sub qua 10. Guascogne & Querci. 11. Tours. 12. Barleduc. 13. Valois. 14. Nemours. 15. Alenzon. 16. Reims. 17. Laon. 18. Langres. 19. Bourbon.

7. *Parlamenta* 8. 1. Paris. 2. Rovan. 3. Renes. 4. Dyon. 5. Bourdeaux. 6. Toulouse. 7. Grenoble in Delph. 8. Aix.

8. *Academiæ* 13. 1. Parisiis. 2. Cadomi. 3. Andegavis. 4. Aureliani. 5. Biturgibus. 6. Pictavii. 7. Burgidulæ. 8. Tolose. 9. Montes Pessulani. 10. Avenioni. 11. Auransiæ. 12. Dolæ. 13. Marsiliæ.

3. Provinciæ quæ quondam fuere Gallicæ ditionis inter Galliam & Germaniam ut sunt

- 1. BELGIUM s. 17 provinciæ Inferioris Germaniæ, Nieder-land s. Niederdeutschland / quæ & Batavia. in hoc sunt:
  - Ducatus 4.
    - 1. BRABANTIA, in qua Bruxellæ, *Brussel.* Silva Ducis, *Hertogenbosch.* Lavonium *Löven. Breda. Bergen op Zoom. Lier. Arschot* Ducatus: *Hoochstraten* & *Megen* Comitatus: *Diest* & *Grimbergen* Baronat. Trajectum ad Mosam, *Mastrich.* Gannapum, *Gennep.*
    - 2. LIMBURGUM ubi *Limburg:* comitatus *Falkenburg* & *Dalem:* ibi & Spae, ubi fontes Spadani salubres.
    - 3. LUXEMBURGUM, ubi *Lucelburg. Bovillon.*
    - 4. GELDRIA ubi Ruremond. *Venloo. Gelre.* Arenacum, *Arnheim.* *Hardervvicum.* Elburgum. *Bommel* & Noviomagum, *Nimmegem* sub Comitatu *Culenberg.* & Comitatus *Buren.*
  - Comitatus 7.
    - 1. FLANDRIA, ubi Gandavum, *Gent.* Brugæ, *Brugge.* Iperæ, *Ipern.* Duacum, *Donay,* L'isle, *Ryssel.* Cortracum, *Cortryc.*
    - 2. ARTESIA. *Artois.* ubi Atrebatium, *Atrecht.* Gall. *Arras.* & quondam Tervana.
    - 3. HANNONIA, Gall. *Hainaut,* Germ. *Henegau.* Ubi Montes, *Gall. Mons, Bergen.* Cameracum, *Camerick.*
    - 4. HOLLANDIA quæ dividitur in
      - Meridionalem, ubi *Amstelredam.* Dordracum, *Dordrecht, Dort.* Lugdunum, *Leiden, Harlem,* Delphi, *Delpt, Roterdam, Haga,* Comitis, vicus, & comitatus *Egmond.*
      - Septentrionalem, ubi *Enckhuysen. Hoorn. Alcmar.* It. dominium *Bevervvick. Vianen. Briel. Beerfliet.* cum insulis *Texel* & *Vlieland.*
    - 5. ZEELANDIA Insulæ ubi *Middelburg* & *Vlissingen.* in Walachria, *Veer. Zirichzee. Gusa, ter Goes.*
    - 6. NAMURCUM, ubi urbes *Namur. Genm. Namen.*
    - 7. ZUTPHANIA, ubi urbs *Zutphen. Grolle. Bredevort. Lochen.*
  - Dominia 5.
    - 1. FRISIA occidentalis, ubi Leovardia. Franeccera. *Harlingen.*
    - 2. MECHLINIA Gal. *Malines. Mechlen.* ubi urbs ejusd. nom.
    - 3. ULRAIECTUM, ubi Ultrajectum *Utrecht, Amersford, Rhenen.*
    - 4. TRANSISULANIA, *OverIssel,* ubi *Deventer, Svvolle, Schvvarte Schluis, Campen, Stervvick, Caverden.*
    - 5. GRONINGEN, ubi Groninga *Dam, Delfzyel.*
  - Marchionatus unus Imperii Antvverpia. *Anvers* seu Antorff in Brabantia.
  - Academiæ: Lovanium & Duacum sub Hispanis: Lugdunum, Franeckera, Groninga & Trajectum sub Confœderatis.
- 2. LEODICENSIS PROVINCIA, Gal. *Liege,* Germ. *Luttich.* s. *Luick.* cincta quidem Belgio, sed tamen ad Romanum imperium, sub Electore Coloniensi, spectans
- 3. JULIACENSIS DUCATUS, *Gulich.* & Aquisgranum, *Acken.*
- 4. COLONIENSIS ARCHIEPISCOPATUS, ubi Colonia Agrippinensis, *Collen, Bonna.* sedes Elector. *Mulhemum* ad rudera redactum. *Duytz,* est è regione Coloniæ.
- 5. LOTHARINGIAE DUCATUS, ubi Ducum sedes *Nancy: Metz.* Tullum, *Toul* & Virodunum *Verdun.* à Gallis ereptæ.
- 6. AUSTRASIA *VVestreich* quæ complectitur.
  - TREVIRENSEM Diœcesin, ubi Treviri, *Treves* s. *Trier.* Confluentes, *Coblentz.* Vitellicum, *VVitlich.* Elect. sedes.
  - MOGUNTINUM Archiep. ubi Moguntia, *Mentz.* Aschiburgium, *Aschenburg.* Elect. sedes.
  - LIBERAS aliquot CIVITATES, ut Wormatiam, *VVorms, Oppenheim, Speir, Franckenthal.* Ducatum Bipontinum, *Zvveibrücken* & comitatus 3. *Sarbrücken, Leyningen, Bitsch.*
- 7. ALSATIA
  - Superior in qua oppida: *Colmar, Schleestat, Rufach.*
  - Inferior ubi Tabernæ, *Zabern.* Hagenna. Argentoratum, *Strasburg.*
- 8. MOMPELIARDUM ad confinia Alsatiæ & Burgundiæ sub duce Würtenbergensi: urbs in ea est *Mümpelgard.*
- Horum flumina sunt.
  - MOSA die Maaß / MOSELLA, *Moisell* — uterque in Rhenum defluens.
  - RHENUS der *Rhein,* qui tria q. cornua sortitur, ex quibus medium retinet nomen *Rheni:* ad Orientem quod est *Isula* dicitur: ad Occid. *Vahalis* est, qui cum Mosa mixtus apud Zelandiam mare petit.
  - SCALDIS l. *Escault,* per Flandriam in mare properat.

4. GERMANIA, quæ dividitur 1. in 10. circulos. 2. in Inferiorem & Superiorem.

1. Circuli Imperii cum liberis Civitatibus hi sunt.

1. FRANCONIAE. Huc spectant, Norimberga, Rotenburg ad Tubarim, Winsheim, Schvveinfurt.
2. BAVARIAE. Huc Ratisbona & Freistad Sueviæ: 3. AUSTRIAE.
4. SUEVIAE. Ubi Ausburg, Kaufbeuren, Ulm, Memmingen, Kempten, Bibrach, Leutkirch, Issuch, Wangen, Lindavv, Ravensburg, Buchorn, Uberlingen, Costnitz, S. Gall, Schaffshausen, Heilbrun, Dünkelspiel, Donavverd, Rotvveil.
5. RHENI s. ALSATIAE. Ubi Mülhausen in Elsas, Colmar, Keisersberg, Turckheim, Münster in Gregorienthal, Ebernehenheim, Strasburg, Roszheim, Schlestat, Hagenovv, Weissenb. Landavv, Speier, Worms, Franckf. am Mayn, Fridberg in Wetter. Gelnhausen, Wetzlar. 6. Elect. ad Rhenum, Cöllen, Niedervveissenb.
7. WESTPHALIAE. Ubi Aquisgranum, Duisburg, Dortmund, Sooft, Heerford, Lemgovv, Wartburg. 8. SAXONIAE. SUP. 9. SAXON. INFER. Ubi Lübeck, Mulhausen in Thüring. Northausen, Goslar, Göttingen. 10. BURGUNDIAE.

2. PARTES inferioris Germ. hæ sunt

1. HOLSATIA. Cujus pars Dithmarsia & Schlesvvicensis ducatus. Urbes in ea *Hamburg, Glückstad, Kiel, Ekelnförde, Husem, Rensburg, Plöne, Crempe, Itzehoe, Meldorp, Schlesvvig.* cum arce *Gottorf.* hic quondam Fosi & Saxones qui Ingævonum populi fuere.
2. MEKELNBURG. Ubi *Lübeck, VVismar, Rostock, Güstrovv, Schvverin, Sternberg.* Hic quondam Varini. Angili sive Anglii. Eudoses Suardones & Nuithones. 3. POMMERN. Cujus urbes: *Stetin, Stralsund, Usedom, VVolgast, Barth. Anclam.* ubi quondam Lemovii. *Rügenvvald*, ubi Rugii, *Stargard, Colberg, Stolpe, Cammin, Coslin, Corlin.* ubi Carini. cum Insulis *Rügen, Usedom & VVollin.* Huc spectat & *Cassubia.* ubi *Stolpe & Lauenburg & Pomerellia.* Ubi etiam Vindili vel Vinili, sive Vandali vel Vandalii, quorum nationes fuere Gothones, qui & Guttones & Gythones & Gotthi dicuntur, ibi & Burgundiones. 4. OSTFRIESLAND. In qua Comit. Embdensis cū urbe *Embden, Aurick.* hic quondam Frisii. Marsaci & Bructeri: ex Istævonibus. 5. Comitatus. OLDENBURG & DELMENHORST, cum urbibus ejusdem nominis. Ubi Chamavi olim. 6. BREMEN hodie ducatus, cum urbe cognomine, item *Stade & Vorde* s. *Bremerforde.* 7. LÜNEBURG Ducatus & urbs: hic olim Cauchii: it. *Cell.* juxta est Comii. *Dannenberg* & Duc. *Lauenburg.* Hic olim Cherusci ex Hermionibus hæsere. Item Caviones. 8. BRUNSVVICENSIS Ducatus. Ubi *Brunsvvig, Halberstad, Hildesheim, Hannover, Goslar, Helmstet, VVolffenbüttel.* 9. CLIVIA. Ultra citraq; Rhenum. Hic *Cleve, Emmeryck.* Santen. Comit. *Mors.* Vesalia, *VVesel.* Hic olim Sicambri. Gugerni. Usipii & Tencteri. 10. MONTES Bergen cujus caput *Düsseldorf.* 11. WESTPHALIA ubi *Münster, Paterborn, Osenbrug.* Susatum, *Zoost.* Tremonia. *Dortmund. Heerford. Lemgau. Verde. Bilefeld. Hameln. Rinteln. VVarpurg.* Comitat. Benthem. Arnsberg. Lingen. Teikelnburg. Waldeck. Lippe. Schauenburg. Hic quondam Angrivarii. Chamavi. Dulgibini. Chassuarii s. Chatvarii. Ansibarii ad Lacum *Dommel.* & oppidum *Diepholt.* 12. SAXEN ad utramque Albis ripam. Urbs & ducatus ibi *Magdeburg, Torgau, VVittenberg, Zerbst, Hall.* ibi & ducatus & arx ANHALD cui subsunt Comit. *Ascanien & Barby* nec non *Mansfeld.* quatuor alios includens Comitatus: item Baronatus *Bernburg & Dessovv.* ibi Hermunduri quondam.
13. MARCHIA BRANDENBURGENSIS quæ dividitur in
